

VIRUM
PRAENOBILISSIMUM, AMPLISSIMUM,
CONSULTISSIMUM DOCTISSIMUMQUE DOMINUM

D O M I N U M
RUDOLPHUM JOSEPHUM
LEONHARDT RASCHIUM,

REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI DUCIS
SAXO-MERSEBURGENSIS a CONSILII ET
SECRETIS FEUDALIBUS,
DE MORTE

FILII NATU MAXIMI,
D O M I N I

JO. HENR. RUDOLPHI
R A S C H I I,

JURIS ET PHILOSOPHIAE CULTORIS
STRENUI, OPTIMAE SPEI JUVENIS,

CONSOLANTUR

PATRUELES DEVINCTISSIMI

ERDMANN HENRICUS AUGUSTUS RASCH,
MAURITIUS LEBRECHT RASCH.

M E R S E B U R G I,
VI. Jd. Decembr. M D C C X X X V.



Kapsel 78 N13 [128]

VD 18

AU

Scilicet haec fati lex est & ferreus ordo;
Tristia sunt laetis, & mala mixta bonis.
His tu, si quisquam, VIR CONSULTISSIME, dictis
Tot manifesta facis per documenta fidem.
Rarus quippe TIBI sine funere defluit annus,
Continuis squalet luctibus atra domus.
Per duo lustra quidem retro tot moesta, quot annos,
Fata propinquorum dinumerare potes,
Nunc fratrem luges, nunc soluis iusta sorori,
Nunc tumulo matris contegis ossa pia.
Quin etiam propius mors in TUA viscera faeuit,
Et rapit ex gremio pignora cara tuo.
Nec fatis, infantes exstingui: & adultior aetas
In cineres subito vertitur ante diem.
Filius heu! natu TIBI maximus, integer annis,
Intempestiuo funere raptus obit.
Filius a puero spes deliciaeque parentum,
Cura magistrorum, Pieridumque decus.



[851] 28 1/2 1/2

Funde, pater, fletus, & tu, moestissima mater,
Iacta lugubres voce dolente sonos.
Causa subest: quis enim tam durus, acerba suorum
Ut sine tristitia funera ferre queat?
Indolis ingenuae Iuuenem vultusque decori
Eripit ex VESTRO mors properata sinu.
In quo formando fuerat natura benigna,
Et sua contulerat diuite dona manu.
Ingénium dederat follers praeclaraque spirans,
Doctorum curae quod poliere magis.
Dotibus his animi coniuncta decentia morum
Cunctorum studium conciliabat ei.
Quilibet, huc Iuueni vitam viresque precatus,
Ejus de studiis omina fausta capit.
Omnis in hoc nato spes est defixa PARENTUM
Huc curae redeunt, huc redit omnis amor.
Grande vacillantis columen fulcrumque senectae
Hunc fore confidunt, & decus omne Domus.

At quam fallaci spe delectantur ! inanes
Has iubet esse preces , irrita vota Deus.
Is , qui viuendo canos superare parentes
Debit , & decori longius esse suis,
In medio cursu studiorum , in flore iuuentae
Occidit , & stadium deserit ille suum.
O nimis inconstans fortunae mobilis aura !
Quem modo florentem vidimus , ille perit.
Flebilis haec hominum fors est : hac lege creamur,
Post varios casus ut moriamur item.
Ergo pone modum lacrimis , TE collige , RASCHI,
Et reputa TECUM : sic voluisse Deum.
Est equidem nati iactura grauissima , cuius
Non adeo res est dememinisse levis.
At perpende , TUUM mundi vitaeque relictis
Sordibus aeterna prosperitate frui.

1078



VIRUM
 IMUM, AMPLISSIMUM,
 DOCTISSIMUMQUE DOMINUM
 MINUM
 IUM JOSEPHUM
 RDT RASCHIUM,
 AC SERENISSIMI DUCIS
 URGENSIS a CONSILIIS ET
 TIS FEUDALIBUS,
 DE MORTE
 NATU MAXIMI,
 O M I N I
 R. RUDOLPHI
 ASCHII,
 LOSOPHIAE CULTORIS
 OPTIMAE SPEI JUVENIS,
 CONSOLANTUR
 ELES DEVINCTISSIMI
 NRICUS AUGUSTUS RASCH,
 US LEBRECHT RASCH.

ERSEBURGI,
 Decembr, M D C C X X V.



Kapsel 78 N13 [128]

VD 18

AK